



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Iniustitia semper est peccatum mortale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

354 Inhumanitas.

Inhumanitas (qua homo hominem se esse quia oblitus, alienæ misericordiæ non se aestimat particeps) peccatum est durioris cordis, qui misericordiæ virtutem tollit, qua humani nihil à nobis alienum putamus, & quasi vnum membris I E S V C H R I S T I patitur, reliquum compatitur: sumus etiam omnes vnum corpus in Christo, singuli autem alter alterius membra, inquit Apostolus. Habet autem duas malas matres: quoniam ipsa cordis duritia ex superbia nascitur, qua quis se tanti tenet, quasi sit adeò celsus, ut ad ipsum mala vix pertingere possint, exterior vero omissione subventionis, ex auaritia nascitur. Vnde inhumanus à tribus est vulneribus curandus, ut dicat quid est, misericordiam volo.

Iniustitia semper est peccatum mortale.

Iniustitia (quia quis iniustum facit in quantum mortaliter) peccatum est mortale ex suo genere: quia illativa est documenti quod charitati repugnat. Et hoc intellige quando homo facit per se (hoc est ex intentione) aliquid iniustum, intendens rem, aut famam, aut honorem aut membrum &c. tollere. Nam quando per accidens aliquis iniustum facit (puta quia nec intendit offendere in aliquo proximum, nec scit per se pastum suum laedere quenquam) non est peccatum mortale: nisi magnitudo documenti illati aut negligencia sciendi reducat actum in naturam iniustitiae. Exemplum primi: si quis ex loquacitate mulierem communiter habitam pro pudica, laedat norabiliter in eius fama. Exemplum secundi quantum ad ignorantiam facti: si quis iaciendo sagittam interficiat hominem ibi manente: quia non fecit diligentiam suam an ibi posset homo laedi sagitta. Quantum autem ad ignorantiam iuris: ut si quis violenter eiiciat propria auctoritate hominem iam olim possidentem agrum suum.